Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber VI

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

a tuis finibus linguam evelli que tales
protulit in sermones et in dedecus Regis tui
te timeo proferam, ab equis membratim dissi
pari facerem membra tua. Discedas igitur a meo
conspectu celerius, quod si statim non feceris quod dixi
re vera tibi succedent. At Anthenor talium
stupefactus terrore sermonum dubitans. Ta
tandem Nestoris immanitatem ipsius il
lico recedens ab ipso suam pervenit ad na
vim; et in momento velis extensis litora
deserit pyrum, et eo scindente alta ma
ria preditum odiosa, quedam rabies tem
pestatis obduxit aere tenebrosa calligi
ne et contrariis ventis afflantibus funduntur
ymbres et tonitruorum rugitu mirabili et
coruscacionibus fulgorum ordiosis concita
ti fluctus montis excelsos tolluntur in
montes, nunc puppis abstracta maris
yactibus periculosa petit yma profundi, nunc
undarum inflacionibus elevata per fluctus
montuosa petit cacumina procellarum. Instar
igitur cadens navigantibus in ipsa vite di
scrimine et per debilem racionem periculi effundun
tur varia diis vota. Sic nam illa per tri
duum patentibus subiecta periculis. Quarto
die cessavit tempestatis angustia et ven
torum furor desistit mitigatus, placantur
maria, quiescunt fluctus, et navigantes
ipsi a mortis laqueis iam evecti spiritum con
fortacionis assumunt. Sicque navigantibus ipsis
recto diametro subsecuntur ad litoris troiani
portus adveniunt et eis descendentibus in
terram optatam passu celeri omnia se confe
runt ad templa deorum, ubi eorum vota suppli
ces deis solvuntur. Sicque Anthenor post
victimas diis oblatas et post sacrificia
de more libata, ad magnum Priamum Regis
Regum in continuum misit de suo reditu
valde letantium in columnis quo se ipse accessit.
Consedente igitur rege Priamo cum suorum com
tiva maiorum astantibus eciam quam pluribus aliis
et eius filiis in medio eius. Anthenor refert et
narrat quidquid sibi in Grecia successit senatum.
Narrat ei sibi grave responsum Telamonis. Appello
minaces iniurias a Thalamone sibi datas
Castoris et Pollucis opprobriosa responsa
duros et asperos a Nestore sibi timores
incussos, que omnia postquam audivit, Rex
Priamus turbatus est valde et dolore
torquetur inmodice senciens legatum suum
in Grecia sic opprobriose receptum et de recupe
racionis sororis factus est quodammodo despe
ratus.

Liber VI. de consilio facto de
Paride apud Greciam profecturo.

Postquam vero Rex Priamus Anthenoris
factis est certus de Grecorum regno odio
quod Greci tot continuatis temporibus adversus

cum et suos adhuc inimicis ferocioribus
confouebant et quod ad restitucionem sororis
sue Exione Grecorum animos non potuit demul-
cere in suorum propositorum exordiis magis tor-
rdentes incaluit et admittendum iniuriam
gentem suam misso nauigio conquisito in offen-
sionem Grecorum inimicis eorum totaliter
anhelauit. Sed dic Rex Priame quis furor
casus infelix adiutante infelicitatis auda-
cia tue quietis animum instigauit ut
frenare proprios motus tuos licet non sint
in hominum potestate per maturum consilia minime
potuisses ut dum licebat hasti[illegible]
ab iniquis consiliis pedem tuum et dum lice-
bat scivisses tuas preteritas dissimulacione
iacturas que per tot annorum curricula fere
poterant obliuione deleri. Sane non aduer-
tisti quod vulgariter dici solet et quod pluriesque
hominum dicitur contigisse quamquam. Qui sua cupiunt
vindicare dedecora crescentibus malis
dedecoris involuuntur augmento. Sicut
ergo fuit ei quod vulgariter siletur dicitur ad hoc
Qui bene stat non festinet ad motum
Nam qui sedet in plano non habet unde cadat.
Voluisti enim te submittere fatis ambiguus
ut de infelici casu tuo et finali tuorum
excidio detante urbis ruinosa in tanta
iactura dare futuris gentibus loquendi ma-
teriam uelut delectabiles fabulas re-

recensendi cum de sinistris successibus aliorum
libenter hominum inlecetur auditus. Sed quid
postea tibi et tuis inde successit presens nar-
racionis hystorie series manifestat.

Rex igitur Priamus conuentis omnibus
Troie maioribus ac in Regiis ylion
eis coactis in unum sic conuocatis allocutus
est illos. Ecce pro ut de consilio uestro processit
Anthenor missus in Greciam pro rebus
meis recuperanda sorore ut odium quod
gerimus apud eos procellosis scandalis
euitandis sedari posset in posterum rediit
sicut scitis et quod apertum est ab ipsis sin-
istra et obprobriosa responsa notum est
nobis non considerantibus eis dampna tam
grauia que nobis intulerunt et tam
graues iniurias. Et o utinam penitencia
ducti saltem uelint cognoscere quam male ges-
serunt. Sed in maioris elacionis superbiam
eleuati nobis grauiora minantur. Absit
ergo sinistrante fortuna nobis acci-
dere que minantur absit eciam ut de tot
sine cum grauibus commissis ab eis penam
debitam non exoluant per nos eis diis fa-
uentibus infligendam. Credimus enim eis esse
uiribus potenciores munitam et tutam
ciuitatem habere ab omnium hostium insidiis
profecto securam. eciam si maior pars hominum

nobis constituerit aduersa. multa quoque nos cum
potencia et militum strenuitate ingentium mi-
litum et peditum pugnandi assuetis expertorum
plenam quidem uictualium copiam et indeficien-
ciam in omnibus futuris necessitatis ha-
bundantiam diuicijs exhuberantem cernimus
quibus nobis ad offendendum et molesti-
as ingerendas nec ad deffendendum
subsidia deesse uidemus. gratum ergo
michi uidetur si uobis uidetur acceptum
ut aduersus grecos ipsos tam ipsos hostes
nostros exerceamus saltem in aliquo uires
nostras ut saltem in aggressionis iniquis
iniurias et partes eorum gentem nostram bellico-
sis insultibus transmittamus que iniurias
eorum et hodie eandem insidiarum nostrarum igna-
ros repente irruant maritima eis dampna
et detrimenta de proprio illature. pro quibus ad
eos deffensionis arma excogitare ua-
leant eleuare. Est enim hic casus ut
quilibet nostrum personas et res proprias debeat
fortune committere ad instauracionem dampno-
rum nostrorum et ad nostre grauis iniurie ulcionem.
Nec nos terreat si greci ipsi aduersus nos
et predecessores nostros obtinuere uictoriam.
Nam non est nouum ut uictor a uictis
multociens superetur. Verbis igitur Regis amo-
nitis omnes assistentes unanimiter assen-
tes deuoto corde se offerunt in omnibus eorum

facultatibus et personis. Propter quod Rex priamus
ad eorum oblaciones tam grato corde inclinatus
in maioris appetitus audaciam et animo sitientis
feruenciam suam aperuit uoluntatem. Sicque Rex
in oblacionibus predictis exhilaratus inmodice uero
deinde licenciam affectuosis uerbis tribuit
uniuersis. Remanente Rege in suo palacio
cum omnibus filijs suis tam ueris quam naturalibus
tunc existentibus cum eodem. Erat enim tunc
hector presens qui iam a pannonie partibus
redierat ad sui regis imperium patris sui
quos omnes sic Rex ipse facto silencio est uerbis
talibus allocutus. Sed antequam ad uerba ipsa
prorumperet lacrimis ora rigauit et in me-
dio sua uerba profundit. Nunquam in memoria
uestra uoluistis auorum uestrorum necem senectutem
exione que meretricio more tractatur
uobis uiuentibus et in tanta potencia constitu-
tis. Dignum ergo erat et iustum ut ad tam
dictam tanti pudoris dedecus assurgere
et totis uiribus anhelare. Et si non in ulcionem
auorum uestrorum saltem in satisfactionem uolunta-
tis mee qui tanta exinde uexor an-
gustia et innumerabilibus doloribus incessanter.
Cum nos ab annis teneris educauimus et
dolorum meorum deberetis esse principes natu-
rali et probabili racione. Et conuersus dixit illi. Et
tu karissime fili hector omnium filiorum tuorum pro-
genitus qui et annorum excellencia et

Oracio priami regis ad suos.

uirtutis strenuitate precedis ceteros fratres
tuos. hos meos amplecte monitus. et prop-
ter meorum execucionem animosus assumas. Eris
ergo tu solus princeps et dux huius negocij
et uniuersi tui fratres tibi prorsus obediant
omnesque alij regno nostro subiecti. qui in presencia
tuarum uirium nostri dominatores superbos contritur
animositatis audacia cogis flectere in occasum.
Ego autem ab hodie in antea deo testor quod
de eo de presenti negocio sit futurum me totum
expono et tuis humeris forcioribus to-
tum impono. quia in tua iuuenili duricia
potens es bella committere et bellis strenu-
is preualere. quod me iam debilis posse
non patitur. Cum ad senium iam declinem.
et uiribus sim. Rege Priamo fine dante

Consilium hecto-
ris qualiter.

Hector inquit quasi prudens et honestorum
prolacione uerborum ad Regis patris uerba re-
spondit. Carissime domine mi Rex in qua
est hominum qui in humanis humana desistet
a natura qui de illatis iniurijs passim
non appetat ulcionem. et si nos qui tanta no-
bilitate uigemus quorum iniuria minima pu-
tans est magna cum personarum qualitas
iniuriarum qualitatem minuat et augmentat
si uindictam appetimus de iniurijs nobis illa-
tis non sumus degeneres hominum a natura cum
que animalia irracionalia uideamus hoc uoto poti-
ri. Nullus ergo inter uestros filios cum pater

est qui de nece auorum nostrorum magis te-
neatur uindictam appetere sicut ego qui sum
primus meorum ordine geniture. et ideo
primus esse debeo in ulciscendi feruore
preceteris. ego cum omni auiditate desi-
derio uindictam meorum appetere ut etiam in
in cruore meo mea dextra cruentatos in-
timat qui crudeliter meorum auorum et tan-
tum cruorem fuderunt. Unum tamen discrete Rex
ad uestram reduci peto memoriam. ut huius
aggressionis nostre tamquam prudens et sagax
considerans non solum inchoanda principia
uerum etiam sequencia media et exitum
qui succedat in fine. Non est enim discre-
cionis laudande consilium singula scruta-
torie non rimari negociorum. inicia tamen appetere
non aduertere finem ipsorum. Quid enim prodest ali-
cui bona forte in principijs agere que demum
terminari contingit fine sinistro. Laudabi-
lius ergo est ab illis inicijs abstinere que
euentus dubios in se habent et que magis
ad infelicia quam felicia se declinant. Illud
enim felix potest dici principium cuius exitus felix
fuit. Ad hec autem uerba discrete Rex ideo
indicendi audacia iam precipio ut ul-
cionis auiditas non excipiat inconsulte
spiritum uestrum uiri in eo assumendo cuius finis
est dubius. ne succedat prospere uel ad-
uerse. Nostis enim pater carissime.

totum

totam Affricam et Europam hodie gentes esse subiectam. Quanta siquidem multitudine militum sint suffulti et quanta sint strenuitate pugnantes, quantis sint pleni diviciis et quante potestatis vigeant dicere non est equalis hodie. Asie potencia potentum tot virorum. Cum et si in alia multi vigeant homines non tamen sunt in pugnandi exercicio nimium bellicosi. Certum ergo apud nos magis potest esse quam dubium si arma contra potenciores nobis in discursu consilii hoc ingerimus, vix autem umquam nos posse finem attingere preoptatum. Statum ergo nostrum qui hodie tanta quiete mollitur et tanta felicitate refulget, ad quod veracioribus appetimus perturbari et de iocunditatis requie venire aduc timas nostrarum miserabiliter personarum. Sane non est Exiona tam caro precio redimenda, pro qua forte quod absit de melioribus nobis et forte de omnibus est commutacio facienda. Convenientibus igitur celis non esset incongruum Exionem dissimulare fortunam que tot annis suis est iam apta tantis dispendiis et quam mors potest in brevi ab aura vitali divellere ut nobis omnibus sit parata causa quietis. Nec michi care pater credat opinio me ista bellorum timore aut pusillanimitate cordis proferre, sed dubito sinistros eventus et ne vestri sceptri dignitas sub insidiosis casibus fortune vacillet. A quibus dum licet abstinere nam licita est et salubris dis

suasionis racio vera dissuadere que placere animo quod in felicibus mediis sub secutus eorum exitus dampnis et doloribus terminari agnoscitur. Hector igitur post hec verba discretus et strenuus tacuit. Sed Paris qui verba Hectoris diligenter audivit statim se erigens stans hec verba profudit. Audi Rex carissime pater, define prosperos prosequendo; quis nostrum potest probabiliter formidare si contra hostes nostros arma bellicosa gerimus. Nonne sumus tot strenui tot potentes et tam forti civitate locati. Quis probabiliter opinari potest nos sic feliciter et secure compositos in nostris laribus depopulatos posse confundi. Sciat igitur audiat carissime domine quod prius dictum est ut mittatis navigia de presenti Greciam, que gentem nostram enormibus afflixit iniuriis et dampnis irreparabilibus est predata. Et eciam si placet carissime pater iubeas cum illis proficisci navigiis qui pro certo sum certus deos velle me gra-uiter Greciam posse confundere et graviter depredari. Nec non quod de optimatibus Grecie nobilem ore eripere in troianum Regnum a me captam posse transferre que pro redempcione vestre sororis Exione de facili poterit commutari. Quod si a vobis querendum est qualiter istud sciam dabo de hoc vestre consciencie certum signum quod a diis ipsis pro certo recepi. Nudius enim cum sunt multi dies elapsi dum agerem in minori Ynda a uisu

Consilium paridis filii Regis priami et pessimum.

anno celebrante sole solsticium estivale dum sub principio cancri ageret cursum suum quodam die Veneris venationis causa placuit michi adire nemora in militum collegio venatorum. Qui dum diluculo fuissem ingressus multis laboribus eis hinc inde venatorie perquisitis michi in eorum potu michi gratum ad presens sole iam constituente meridie et quasi circa vesperam confinia declinante. Demum ingerente fortuna quidam cervus apparuit in ipsorum nemorum locis solitariis vagabundus quem cursu meo appetens prevenire putavi, propter quod socios deserui qui mecum erant in celeritate currendi et elongatus ab eis in ipsius nemoris solitudine quod Yda vocatur pervenni solus tenebrosas adumbras quo ab aspectibus meis ille cervus evanuit forte ob frondosas ipsius nemoris arbores vel ob nimis tam celerem fugam ipsius. Laxatus ergo ego necessario et etiam equus meus ab ipso persequendo amplius destiti cum equus meus totus esset madidus per sudore qui velut ymbres aquosos effundens fundebat cumulando subitas guttis guttas. Quod ultra descendi fessus ab equo et ipsum in ramo cuiusdam arboris in propinque cum habenis firmiter studui colligare. Deinde stratum me solo quod ab herba multo virebat in gramine

No. deas.

arborum umbraculis eius prohibentibus siccitatem, a corporis arcu et pharetra quam gestabam fictitium ex eis constitui michi iacenti pulvinar. Nec mora me superveniens sopor invasit tanta me rapida preoccupans gravitate quod visus fuit in nullo preterito tempore dormivisse. Sopitus igitur tam graviter vidi in ipso sompno meo mirabilem visionem quod deus Mercurius tres deas in suo comitatu ducebat, Venerem videlicet Palladem et Iunonem. Qui ad me statim accedens predictis deabus parum a se distantibus michi dixit. Audi Paris. Ecce adduxi has tres deas ad te, propter quod inter eas quoddam litigium est exortum de quo se disposuere committere arbitrio tuo soli ut lis ipsa inter eas tuo iudicio diffiniatur. Descendentibus enim eis in quodam solempni convivio quoddam pomum mirabilis forme conflatum de materia preciosa inventum extitit inter eas in quo Grecis litteris continetur scriptum ut pulcriori detur ex eis. Cum igitur quelibet ipsarum precedere aliam de forma contendat, concorditer pomi ipsius premium promerendum tuo dehinc iudicio summiserunt et quelibet earum tibi premium promittit premium pro tuo arbitrio remuneracionis ab ea infallibiliter consequendum quam in pulcritudine et pomi consilio putaveris anteponendam. Si Iunonem enim preferre decreveris inter alios mundi magnificos illa constituet te maiorem. Si vero Palladem omnium ab ea

humanam sciam proprio consequens. Quod si
Venerem pulcriorem se quam de Grecia nobilio
rem alea tuam feminam reportabis. Ego autem
talibus a Mercurio auditis promissis eidem dis
sic michi respondi quod verum de hoc non iudi
cium dabam nisi se omnes nudas meo con
spectui presentarent ut per inspectionem
meam singulas earum partes corporis plenius va
lerem contemplari. Et statim Mercurius michi
dixit fiet ut dicis de premissis. ergo vestibus
predictarum trium dearum sigillatim qualibus earum
nuda meo presentata conspectui visum fuit
michi prosequendo iudicio veritatis quod Ve
nus sua forma predictas duas alias patenter
excederet. et ideo decreui eam dignam esse po
mi. Venus autem ex predicti pomi victoria
facta congaudens summissa voce michi promissum
a Mercurio infallibiliter confirmavit et
recedentibus illis a me statim sompno et
sompno sum solutus. Putatis ergo care pater
deorum promissa frustratoria posse censeri. Sane
certus penitus esse puto quod si me in Greciam miseri
tis indubitabiliter mecum deferam mulierem
michi promissam diuina committente ergo me preparate
quia mei missio pro certo vestrum animum iocunditate
replebit. Cum hiis dictis Paris suis sermonibus
finem fecit. Finita igitur ipsius Paridis respon
sione predicta surrexit Deyphebus tercius natus
Regis et ad eius eloquium dato silencio in

Nota iudicium Paridis in somnio de Venere ab aliis duabus preualentem pulcritudine

tenacionis sue conceptum retinere non valens
in hec uerba resoluitur. Karissime Rex. si in omni
negocio quod est aliquis aggressurus vellet singula
que possunt esse futura preclara deliberatione
rimari numquam aliquis esset qui alicuius rei oneri
se summitteret ausus. Nam si semper agricole
diligenti deliberatione pensarent quanta
rapta volucrum auferenda sunt semina
numquam forte semina sulcis darent. Parentur
ergo pater carissime nauigia in Greciam profectura
quia consilio Paridis non potest probabiliter contra
dici. Nam si contingat eum aliquam de Grecia
nobilem educere mulierem de facili poterit
euenire quod eius commutatione possemus recuperare
Exionam ob quam tocius nostri generis diffamata
prosapia laceratis obprobriis sordescit.
Elenus vero quartus Regis filius in or
dine geniture postquam dictis suis Deyphebus
finem fecit. prima sensione consurgens animi sui
motum aperit in hec uerba. Magnanime Rex
pro deo nota tua non cupiat auditus vela
scendi. Scitis enim diis fauentibus quam
nobis me instructum et totaliter eruditum
in scientia futurorum quod expertis vestra iam
agnouit industria numquam errore meo ali
qua vacancia processisse que ipsam puram
veritatem non excederint assecuta. Absit
ergo ut Paris in Greciam se offerre presumat
Nam pro certo teneat vestra scientia quod si Paris

Consilium Deyphebi concordat cum Paride quamuis male.

Nota consilium Eleni prosequentis bene

ingreciam se ducerent offerendum. Eritque ali
quam in vastitatem. Hanc nobilem ciuitatem
funditus cum suis; et Grecis cunctos nos
morti traditos et nos omnes a vivis re
nibus descendentes. Abstineatis ergo ab hys
quorum finis est dolor et mors execracionis
amare. ne proinde te ipsum doleas truncatum
avene iacere carissimam consortem tuam excidio
traditam et omnes tuos gladio seuiente trun
catos cum hec omnia sint futura et vera, si Pa
ris Greciam cum exercitu presumat adire. Et
hys dictis quasi dolens se in propria restitu
it sessione. Ad hec igitur verba Eleni sapien
tis vacillant Regis animus et turbacione
repletus extitit non modicum stupefactus
propter quod factum est inter omnes astantes tacitum
ex omni parte silencium nec erat inter eos ali
quis qui presumeret in vocem sermonis erum

Consilium Troili.

pere. Tam ille Troylus ex Regalibus filiis mi
nore postremo susceptus ut vidit omnes
pro multa turbacione silere, rupto silencio
in hec verba prorupit. O viri nobiles et
nimium animosi ad quid turbamini circa plu
rima ad vocem unius pusillanimis sacer
dotis non est timendum proprium sacerdotum vita
re bella vitare congressus quos solla
pusillanimitas facit amare delicias
qui solo vescendi ciborum et potus saturita
te tument. Quis enim sapiens posset pro certo

tenere huius; consilias ignorantes futura posse
presciare deorum. Non hec sapientis credendum cum
ex hoc ex sola procedat stulticie leuitate.
Rogat igitur Helenus si timore concutitur in
templis celebrare divina et sinat alios
qui labe neue verecundie obducantur debitas in
armorum conflictu exposcere ulciones. Ad quid
circa eius verba tam vana tam friuola Rex
inclite perturbaris. Iube nauigia solui
et exercitum aditer attingere bellicosum cum non
sit ferendus de cetero tantus pudor agentibus
nobis illatus absque talione iudicate.
Et hys dictis tacuit. Troylus. cuius ani
mositatem quidem astantes certi laudaverunt
et omnes consilium probant. Sicque mandante
rege consilio ipso soluto prandium regium filiis cum
eodem rege patris mensas appetunt discum
bentes. Postquam vero Rex Priamus prandio
celebrato suo sedit in solio in suis propositis
examinans qui exercitacione ipsorum importune tor
baretur, filios suos Paridem et Deyphe
bum vocavit ad se et expresse mandavit
eidem ut in patronie provincie se conferant fe
stinanter delaturos secum milites strenuos
quos ignavie; cum nauigiis secum ferunt. Eodem
die Idem Rex predictos Paridem et Deyphebum
coegit aditer. Qui statim ad Regem ipso ob
tenta licencia recesserunt. Sequenti vero
die Idem Rex Priamus universos cum

tatis Troie cives ad generale convocantur consilium.
Convenientibus illis hiis est eos sermonibus
allocutus. O fideles et dilecti cives satis
est notum vobis quantis fuerimus per grecos super
bias et iniuriis obprobriis et dampnis innumerabi
libus lacessiti nec vos latet passos nos fu
isse ruinam cum certa aliena fabula facti simus
nec mee sororis Exione permittitur fuisse
manifesta quiescere nota mea. Cum in eius memoria
dolore constringatur quem continua recordia nulla
tenus abolere permittit. Scitis enim pro recupera
cione ipsius in Greciam dirE?ctum Anthenorem
destinasse. Qui cum sic fuerit exauditus a Gre
cis doloris mei materias duplicavit. Sed quia
ferro curanda sunt vulnera que beneficia non
senciunt medicine. Propositum Priamo est in arma
ta manu et navigio exercitu multo completo
milicie in Greciam destinare ut hostes no
stros potenter invadant dampnis afficiant
quibus poterit forte de eis aliquam nobilem
mulierem hostiliter interceptam ad civitatem
nostram adducant per quam commocione sororis
mee diis faventibus valeam promereri.
Quod quia non decrevi absque vestra approbacione
consilii. Propositum hoc vestre probare noticie ut
si vobis videtur esse salubre perveniret istam
in incepto. licet enim hec omnia satis in me tan
gant me tangunt cum ceteris quos omnes
et quod omnis tangit sapiente dicente debet

ab omnibus approbari. Regis igitur verbis fine fa
cto lata pariter breviter silencia quidam
miles de circumstantibus Pantheus nomine filius
cuiusdam Euforbii magni philosophi in quem narrat
Ovidius animam magni Pitagore fuisse transfu
sam surgens in hec verba prorupit. O nobi
lissime Rex cum sim totus erga maie
statem vestram zelo fidelitatis accensus
quod memorie vestre reducere non obmitto ma
iestas vestra benigne recipiat tanquam prolata
ab intencione fideli. Novit enim vestra serenitas
me patrem Euforbium habuisse qui pluribus
centum octuaginta annis vitali potitus est
aura qui cum omnis philosophie fuerit imbutus sciencia
plenam presciencia habuit futurorum. hic multociens
mihi dixit et aperto firmabat quod si filius
vester Paris in Greciam sit iturus ut ex arguis
more predonis ducat uxorem quod hec vestra
nobilis civitas magna Troya in cinere
sit eversa per grecos vobis et omnibus vestris nequiter
et crudeliter interfectis. Quare sapientissime
Rex non careat vestra nobilitas acquiescere
verbis meis cum non sit tutum sapientum verba
contempnere et maxime super hiis in quorum abstinen
cia dignitas vestra non leditur et eorum prosecu
cio potest inducere id quod absit perpetue vestre
ruine. Sit appetitus insidias apponere
vestre quieti et tranquillitatem vestram summittere
casibus qui omnium periculorum genera in se habent.

Margin notes:
concordia
Nota dem bonum et legale
Consilium Panthe concordat cum Eleno.

dissuasiones hectoris / cassandre monitus / suasiones eleni / subiestiones panthei / fuisset efficaciter exaudita esset troia

uaticinium cassandre.

Abstineatis quod si placet et dies uestros fe-
lices absque ueracionis molestia feliciter
protrahatis. ut filius uester paris grecie terminos
nos non attingat. uel saltim alius quam
ipse in greciam dirigatur. Ad panthei uerba
talia proferentis rumor fit maximus
inter astantes cum et eius patria uaticinia
replent. et panthei suasiones molenter
impugnent. qui. O. utinam annuisset. Nam
que postea secuta sunt scandala forsitan
non fuissent. Sed quia futura discrimina
ineuitabilia fata constituunt. placuit
communiter omnibus. Paridem in greciam cum naua-
li exercitu se conferre. et sic colloquio fine
dato unusquisque recessit. Quod postquam
ad Cassandre noticiam regis filiam consulti
fuisse pacto firmatum. Paridem debere
in greciam se conferre. uelud infatuata in
maximos prorupit ululatus et uocibus
altis exclamans. prolixe in hec uerba. Ha
nobilissima troye ciuitas. Unde tam
dira et tam dura fata te detrahunt
ut grauius sis in breui subitura periclis.
et tuarum turrium alta cacumina dissoluantur.
et deueniant precipite in ruinam. Ha infelix priama
me quod crimen dicens commisisse ut tui
et tuorum liberorum mortes deflere competens
sustinueris. et tu regina hecuba cuius scelere
es inuoluta contagio. ut omnes uideas protinus
tuos crudeli nece succumbere. Cur non prohibes
Paridem adire greciam qui tante pestis est
futurus causa. Et sic clamoribus sine fine sur-
gens ad Regem priamum se contulit. et in
ymbribus lacrimarum flebiliter regem priamum
ammonuit. ut desisteret ab inceptis. tamquam
illa que in sue scientie celeribus documentis futura
mala prouideret et prouisa uocibus flebilibus
diuulgabat. Sed fortune currus aduersus
qui iam dederat suo cursui uolutamos
instructus et motus infelices accellerabat
ad exitus processus eorum augmentatos ordinando.
Sane si dissuasiones hectoris. Cassandre
monitus suasiones Eleni. suggestiones
Panthei fuissent fidelius exaudite. per tem-
pus diuturnum temporibus. O nobilis et sublimis
Troya uigeres. Sed inexorabilia fata ma-
lorum postquam infelicia prouentura decreuerunt.
contraria et aduersa laborum initiis reprimantur et
insinuantur preceptis.

Liber VII de profectione Paridis in greciam cum Enea et Anthenore et de raptu Helene uxoris Menelai.

Tempus erat quod iam sol inter Jades
et pliades processerat cursu suo. quon-
dam esset in signo tauri. mensis ille madii
diuersis floribus planicies camporum ornabat
et nouis uiretis frondibus arbores in fecun-
ditate florum fructus primos promittebant.